BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quas uiderant uirtutibus dicentes.
Benedictus qui uenit rex in nomine
domini: pax in celo et gloria in excelsis.
Et quidam phariseorum de turbis dix
erunt ad illum. Magister increpa
discipulos tuos. Quibus ipse ait. Di
co uobis: quia si hii tacuerint. la
pides clamabunt. Et ut appropinqua
uit: uidens ciuitatem fleuit super illam.
dicens. Quia si cognouisses et tu.
Et quidem in hac die tua que ad pa
cem tibi: nunc autem abscondita sunt
ab oculis tuis. Quia uenient dies
in te. et circumdabunt te inimici tui ual
lo: et circumdabunt te. et coangusta
bunt te undique. et ad terram prosternent
te. et filios tuos qui in te sunt: et non
relinquent in te lapidem super la
pidem: eo quod non cognoueris tempus uisita
tionis tue. Et ingressus in templum
cepit eicere uendentes et ementes in
illo: dicens eis. Scriptum est quia
domus mea domus orationis uocabitur.
Vos autem fecistis eam speluncam la
tronum. Et erat docens cottidie in
templo. Principes autem sacerdotum
et scribe. et principes plebis. querebant
illum perdere: et non inueniebant quid
facerent illi. Omnis enim populus suspen
sus erat audiens illum.

XX.

Et factum est in una dierum do
cente illo populum in templo
et euangelizante: conuenerunt
principes sacerdotum et scribe cum se
nioribus: et aiunt. dicentes ad illum.
Dic nobis: in qua potestate hec
facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc
potestatem? Respondens autem dixit ad
illos. Interrogabo uos et ego unum. Re
spondete michi. Baptismus iohannis
de celo erat an ex hominibus? At illi
cogitabant intra se dicentes. Quia
si dixerimus de celo. dicet. Quare ergo
non credidistis illi. Si autem dixerimus
ex hominibus: plebs uniuersa lapi
dabit nos. Certi sunt enim iohannem
prophetam esse. Et responderunt se nesci
re unde esset. Et ihesus ait illis. Neque ego
dico uobis in qua potestate hec fa
cio. Cepit autem ihesus dicere ad plebem
parabolam hanc. Homo plantauit
uineam. et locauit eam colonis: et
peregre ipse fuit multis temporibus. Et
in tempore uindemie. misit ad cultores
seruum. ut de fructu uinee darent illi.
Qui cesum dimiserunt eum inanem.
Et addidit alterum seruum mittere. Illi
autem hunc quoque cedentes. et afficien
tes contumelia. dimiserunt inanem.
Et addidit tertium mittere: qui et illum
uulnerantes eiecerunt. Dixit autem
dominus uinee. Quid faciam? Mittam
filium meum dilectum. forsitan cum hunc
uiderint uerebuntur. Quem cum uidis
sent coloni: cogitauerunt intra se di
centes. Hic est heres. Venite occi
damus eum: ut nostra fiat hereditas.
Et eiectum illum extra uineam: occiderunt.
Quid faciet ergo illis dominus uinee?
Veniet et perdet colonos istos: et da
bit uineam aliis. Quo audito dix
erunt illi. Absit. Ille autem aspiciens
eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum
est. Lapidem quem reprobauerunt edificantes.
hic factus est in caput anguli? Omnis
qui ceciderit supra illum lapidem. con
quassabitur. Super quem autem ceciderit:
comminuet illum. Et querebant prin
cipes sacerdotum et scribe mittere in illum
manus in illa hora: et timuerunt populum.
Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerat
similitudinem istam. Et obseruantes